



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Directorivm Inqvisitorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis  
Prædicatorum**

**Nicolaus <Eymericus>**

**Venetiis, 1607**

14 Extraugantes sint leges generales, & vbique seruari debeant.  
Extrauaga[n]tes fauore fidei licet vni p[er]sona vel loco diriga[n]tur, ab  
o[mn]ib seruari debe[n]t. Lex an sit generalis ex ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13589**

# De auctoritate extraug. disputatio. 151

Hinc colliges eas extraugantes & quælibet alia rescripta, quæ Romæ in bibliotheca Vaticana in Regestis Pontificum Summoū asservantur, magnam habere & inuiolabilem auctoritatem, tametsi non adhuc pondera plura, cum in his Regestis nihil describatur, & non sit prius multa diligētia examinatum & præsumum summaque auctoritate, & veritatis sinceritate munitū, & per publicas personas, iuxta Romanæ Curiæ stylū & consuetudinē consignatum & obsignatum seu subscritum, vnde ab scripturis cōcētis in his Regestis omnis incertitudo procul abest. Atq; hoc ipsum ē: obtinet in scripturis desumptis ex Archivio Inquisitionis Romæ; vt hinc ē: colligas, extraugantes & rescripta inde sumpta inuiolabilē & certam habere auctoritatem.

**A** Denique extraugantum & rescriptorum persona ecclæsticæ in dignitate constituta minuta, fidem facit.

Extraugans à notario subseripta, & sigillo pontificiorū firma etiam probatur auctoritas & fides, quæ manu alicuius notarii publici, & sigillo alicuius psonæ in dignitate ecclæsticæ cōstitute munta sunt, quod generaliter hodie obtinet in omnib; rescriptis pontificis eis extra curiam missis, per clausulam eisdē rescriptis insertam; per quam id non obscure cauetur: ita enim præstatur tanta fides ipsi rescriptorum exemplaribus seu transumptis, ac prætaretur originalibus ipsiis rescriptis.

**B** Sed occurrit hoc loco difficultas: mihi necessario diluenda, quæ iuris signatos possent in hac causa perturbare, an sequentes extraugantes vbiq; obseruari debeat? videbitur enim alicui nec vbiq; nec ab omnibus inquisitoribus aut iudicibus esse obseruandas.

Primum, quia certis quibusdam Inquisitorib; destinantur, veluti fratib; ordinis Prædicatorum: Russus non vbiq; degeneribus, sed in Lombardia, Marchia, Toscana, aut alibi in locis quibusdam singularibus constitutis. Cum igitur rescripta hæc localia videantur, non debent omnes generaliter ligare. cap. t. & c. 2. de cōst. lib. 6. l. vlt. ff. de iurisd. om. iud.

**C** Iam de natura legis vniuersalitatis, & generalis esse videtur, vt sic perpetua & durabilis, vt docet Archidia. in c. donatum. l. q. 7. & Nicolaus de Milis, verbo lex. §. facit texus in l. edita. C. de edendo. ibi; perpetui edidit. extraugantes vero non sunt tales cum extinguantur & moriantur suo conditore mortuo, vt videatur velle Ioannes Andr. in c. nemo potest de reg. iur. lib. 6. & Cosma Guimier in glossa pragmatice iunctionis, cap. Et quia. §. ipsas omnes. verbo, regulas.

Postremo, q; vt lex vniuersaliter liget & obliget, principem id expresse cauere oportet per notata in l. nec Dorotheū. C. de decurio. lib. 10. facit texus in c. 1. de constit: hoc autē deesse videretur in nostris extraugantibus.

Ceterū his minime refragantibus, certum est extraugantes vbiq; seruandas esse. Primum, quia heretica prauitas aduersus quā sunt condite, & fauor fidei, quæ respiciunt, & iudicessq;

A eis vti debent, vb; q; codē iure cēsentur: ius ergo quod circa hęc versatur, vbiq; valebit, cum eadē vbiq; sit ratio. l. a Titio ff. de verb. obli. l. illud. ff. ad leg. Aquil. cum similibus.

Rurlus ex persona statuens metimur legē esse generalē aut speciale. c. vult. de cōst. lib. 6. at lumen Pōtīfex habet generalē iurisdictionem super hereticam prauitatem, & fidei negotiis: sit ergo, vt leges extraugantes ab eodem condita generaliter vbiq; locū habeat, atque hæc sententia vera est, quam probant tū præcitatū, tum in primis adducta per Lud. Comes in proemio reg. cancel. quæst. 2.

**B** Atque ex his & aliis nonnullis in Directorio Inquisitorū par. 3. super q. 109. § p̄terea non arbitror traditis refellebam in hac editio ne sententiam Francisci Burſati cōſil. 43. incipien. ob critici heresis. nu. 52. li. 1. dicētis. conſtitutiones Innocentij iiiii. & Clementis iiii. Romanorum Pontificum diſponentes de bonis hereticorum confiscatis, in Italia ſolum eſte obſeruandas: quoniam ad terras Italie fuerunt directa & transmissæ: hoc enim tamquam improbabile proſuſus censeo reiiciendum.

Neq; obſtant quæ contraria sententia probat videbantur. Primum enim non refert, ſolis ſepe fratribus ordinis Prædicatorū mitti: hoc etiam ideo fit, quia initio cōſtituta Inquisitio nis delegate, h̄i in primis cū Episcopis & Fratribus Minorib; iudicij in hereticos exercebat: & ſummi Pōtīfices hi loquentes, omnibus inquisitorib; loquuntur, nam eodem modo Imperatores, quorū ſanctiones et leges in Codice Iustiniano numerantur, leges suas quād: q; Eutropio, alias Paſſadio, alias aliis vrbani prefectis p̄ficiatis p̄ficiatis, nuncupant, vt in prefixis legū titulis licet inueni: at nemo dicit p̄ h̄inde eis leges particulares esse, immo fuit de celſiū p̄ficiatis has psonas exprimere ut per eas leges cōdite: vbiq; obſeruati iubentur.

**D** Iam nō obſtat, ad certa loca destinati, quia cū ſepe cōtingat ſummi Pōtīfice ab Inquisitorib; vniuersi ciuitatis, vel prouinciae rogari, leges ferre, legislator illis cā legem destinat: at nō eſt eius mētis, vt velit in eo ſolo loco eam legē valere, ſed generaliter vbiq; cōdē eſt ratio: nā licet hoc argumētū procedat in inferioribus iudicibus, qui limitata m̄ habent iurisdictionē, quorū placita neminem ligat extra territorium. l. vlt. ff. de iurisd. om. iud. at nō eſt ita in principe supremā iurisdictionē ha bente, qui quāmuis faciat actū concerne tem certum locum aut personam, nibilominus ille actus non facit legem particulaarem, ſed vniuersalem. l. vult. C. de legib. vbi ſententia principis in certa cauila, vniuerſale tamen ius facit, & omnes ligat, quod ipſum operatur principis epiftola certæ alicui perſone directa. l. 1. vers. per epiftolam. ff. de const. principi. cum ſimilibus. tradit Ioannes à Pla teia, in l. neq; . C. de decurio. lib. 10. declarari pulchre Iafon in l. 1. nu. 24. ff. de feriis.

K 4 Er

Et hanc sententiam, quam hoc loco expli-  
camus, nominetim & expresse profitet Bartholomæus Spineus tract. de strigibus cap. 3.  
veis. patet etiā ex supradictis, ubi uere tenet,  
quod quamvis extraugantes edita aduersus  
striges sive lamias, (quas ille eo loco refert.)  
dirigantur ad Inquisidores Alemaniae, nihilo  
minus ramea non minus se extendunt ad alios Inquisidores, quā Decretales in corpore  
Iuris ordinata, quarum multa ad singulares  
personas diriguntur: & tamen quod per tales  
iubetur aut prohibetur, seu quomodolibet  
ordinatur, pro lege ab omnibus obseruatur,  
cap. si Romanorum. 19. dist.

Præterea non obstat tertia obiectio de per-  
petuitate legis: quoniam fateor eisdem ex-  
traugantes quandoq; cum conditore interi-  
re, at hoc in multis, & præsertim in nostris ex-  
traugantibus locum non habet, quas perpe-  
tuo durare satis abunde docuimus in supe-  
rioribus, cum de earum auctoritate disserer-  
mus, neq; Ioan. And. aut præcitatī indistincte  
asserunt, extraugantes extingui per mortem  
conditoris, led eas seruandas esse, præsertim  
vivente conditore, & ubi non sunt co-  
trari iuri communi, & decretis sacrorum con-  
ciliorū. 25. q. 2. c. institutionis. c. t. de constit.  
notarique Ant. in proce. clem. & Franc. Pauli-  
nus super extraugantes Ioan. 22.

Et tametsi temporales essent, & cum con-  
ditore interirent, at non propterea sequere-  
tur, non esse leges generales; quoniam dum  
viveret conditor generaliter omnes obliga-  
rent, neque enim pertinet ad essentiam legis  
quod sit perpetua, hoc enim, in potestate le-  
gislatoris possum est, ut copiose docet Ge-  
minian. cons. 93. incip. Videtur primo, quod  
ista reservatio nihil enim refert ad vniuer-  
itatem legis, quod sit temporalis, cum in hoc  
voluntas sola conditoris attendatur, ut nota-  
tur in c. nobis. de sent. excommunicat. & in  
clem. t. de vit. & honest. cle.

Neque sententia Archidiaconi refragatur  
huic de cœna: is enim loquitur secundum id  
quod sit communiter, nam regulariter quidem  
leges perpetuae esse solent, ceterum, ut dixi,  
extraugantes nostræ perpetuo viuant, & lo-  
quuntur.

Postremo nihil refert, Principe mō caue-  
re nominari, ut extraugantes generaliter  
omnes obligent, quoniam communiter leges  
ita conduntur, ut omnes obligent, & perpe-  
tuæ sint, ut paulo antea dicebamus, & nisi con-  
trarium caueat (quod communiter fieri so-  
let) voluisse putandum est. I. si quis donatu-  
rus, ubi glossa. ff. de usufru. l. quod si nolit. §.  
qui assidua. ubi Bald. ff. de ædilit. edict. cum  
alijs relatis ab Euerardo in loco à solitis.

Non inficior tamen quandoq; solere condi-  
extraugantem tum in causa hæresis, tū in  
alijs, vni sibi loco competentem: quia mate-  
ria de qua ea extraugans concepta est, in eo

A solo loco forte versatur: ceterum si conting-  
ret similia alibi fieri, tunc ad ea quoque loca  
extraugantis dispositio referenda eslet.

### TERTIA DISPUTATIONIS PARS

De utilitate extraugantium.

Superest iam, ut tertium proposita dispu-  
tationis caput absoluamus, in quo de utilita-  
te harum extraugantium breuiter differen-  
tum est.

Quanta sit extraugantium utilitas non  
oportet multis ostendere, cum res ipsa per se  
id loquatur aperte. Primum. n. ex notitia ex-  
traugantium melius forte quā ex turbidis  
& molestis quorundam interpretum cōmen-  
tationibus intelligetur vniuersa Pontificum  
rescripta in titulis de hæreticis comprehēsa.  
nam cum extraugantes copiosius sint conce-  
pta, & ex ipsis quedam in eum finem sint  
condita, vtque alibi erant in iure communi  
quandoq; paulo obscurius traditā, per ipsas  
declarētur, & quasi lumine interpretationis  
illustrentur, consequitur plane ex hoc capite  
ingēs utilitas, & studijs Inquisitorum, &c. eq-  
terorum, qui hæreticis extirpandis, aut iudi-  
cando, aut consulendo, aut scribendo dant  
peram, accedit non patua commoditas, nul-  
lum est. n. fere decretum in prædictis titulis  
de hæreticis comprehensum, quod per ali-  
quam extraugantem nō declaretur, amplie-  
tur, aut vberius distinguatur.

Rursus non modo præfata de cōmo-  
dius percipiuntur, verum etiā ex notitia ex-  
traugantium facile possumus evitare erro-  
res, inter primum, qui dum obscurè interpreta-  
ti conantur, ob ignoratas extraugantes, aut  
obscuriora docent, aut manifeste falsa tra-  
dunt, aut incerta, & dubia persuadere conan-  
tur: quod in tā graui causa nusquam fuerat com-  
mittendum. neminē hic liber in ius vocare,  
ne videamur studio reprehendendi moueri,  
aut cuiusquam famam & honorē ledere, quod  
procul a bestē séperq; absuit a natura nostra;  
hoc in sit exploratissimū & certissimū apud  
omnes eos, qui tractatus de pœnis hære-  
ticorum, & ordine procedendi contra hæreticos  
scripterūt, & destituti fuerunt extraugantū  
notitia, in insignes quandoq; errores lapsos  
fuisse, quos facile evitassent, si eis intelligenti-  
dis diligenter operam (vt oportuit) navassent.

Hinc sepe soleo plurimū commendare Ni-  
colaum Eymericum, & Zanchinū sen. Ioan-  
nem Calderinum, qui in singulis difficultati-  
bus declarādis maiori ex parte nititur decre-  
tis cōtentis in titulis de hæreticis, & extraug-  
antū in hæreticos editarum sanctionibus:  
hæc. n. docendi ratio in hoc tribunali ceteris  
præponderat, idq; se factū promisit Zan-  
chinus, in procēdio tractatus sui de hæreti-  
cis, vt maiorem operi auctoritatem concilia-  
ret, id quoq; præstisile Eymericum ostendit;

15  
Extraugantium  
multiplex vñ-  
litas.